



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Genesis Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

II. Quod pijs concessum sit legitimum bellum gerere, & alia officia politica obire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

peccata utriusq; partis Regum & Subditorum, Deus iusto iudicio punit, per ingentes calamitates quas omne bellum etiam foeliciſſimum aſſert. *Ἐπεὶ μὴ* uero ſeu occaſio belli eſt defectio, & redemptio quinq; Regum, quos caſtigatos ad obedientiam uocare & florentiſſimam illam terræ partem ſubiicere Chaldaei conantur. Ut autem Chaldaei ſtores denuo ab Abraham uicti cæduntur & fugantur. Sic omnium bellorum incerti euentus ſunt, Mars communis, qui ſepe ſpoliantem iam & tantem euertit, ut dicitur. *Ἐπὶ δὲ Ἰνδάλου* & *Ἐρκατωεὸνδα κατέκτα*. Item Thucidides inquit *ἡκιδά* ὅτι πόλεμος ἐπὶ ἡκτοῖς χωρῶν. *Ἡ* Nufquam minus quam in bello euentus conſpici ſpondent. Item, *πόλεμος οὐχ ὑπάρχει ἀλλὰ κατότι χωρῶν*.

## II.

QVOD PIIS CONCESSUM ſit Legitimum bellum genere & confæderatum eſſe.

Ideo Deus inſeuit naturæ *σοφίας*, ut incitem ſui & ſuorum conſeruationem. Quare omnis legitima deſenſio noſtri & noſtrorum, iure naturæ, eſt, diuino conſeſſa eſt. Rectè igitur & pie

Abraham, quod defensionem suorum suscipit. Et hoc exemplum omnes pij pro sua facultate & uocatione imitari debent. Vt enim caterae ordinationes politicae Christianae concessae sunt, Rom. 13. Sic militiam quoque legitimam ipsi gerere licet, quae quidem ad hunc summum finem referenda est, ut in pace uera doctrina conseruari & propagari possit.

Estque Miles ut in libello Dialectico usitate definitur persona Dei uoluntate ad hoc opus ordinata, ut in defensione iusta ac poena legitima, armis & quocumque labore militari iuxta uocationem pugnet pro Ecclesia Dei, & pro honesta Republica. Multa autem piorum militum exempla passim in historia Sacra proponuntur. Et Eusebius scribit lib. 5. cap. 5. precibus Christianorum militum impetratam esse exercitui Antonini pluuiam, & copias hostiles Germanorum ac Sarmatorum fulminibus profligatas esse. Ita antecellit Miles Christianus prophano, quod non solum manu in acie iuxta uocationem dimicat, sed etiam inuocatione & diuini auxilij expectatione sese armat, & ad hunc finem labores militares refert, ut Ecclesia Dei protegatur, ac doctrina caelestis ac honesta disciplina conseruetur.

Quod autem dicitur Abraham foedus pepigisse cum Mambre Eschol, & Aner, non pugnat cum

V 5 mul-

multis concionibus Prophetis, quæ fœdera prof  
 improbare uidentur, ut Esa. 8. Non dicatis fœder  
 Non enim coniunctionem hominum defendenda  
 quillitatis publicæ causa factam, quæ & concess  
 iusta est, Prophetæ reprehendunt: Sed fiducia  
 manorum præsidiorum taxant, ut dicitur Psal.  
 Nolite considerare in principibus, in filiis homin  
 in quibus non est salus. Item Ierem. 17. Maledict  
 qui confidit in homine.

Consideretur etiam Stratagema Abrahæ, qu  
 diuiso exercitu, & quidem noctu hostes inuad  
 existimarent multo maiores copias suo exitio in  
 nere. Talibus consiliorum occultationibus & fig  
 contra hostes uti concessum est, ut Thucydides lib  
 inquit, καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καὶ Ἰσίδω  
 ξαρ ἔχει.

## III.

HEROICA FORTI  
 tudo Abrahæ.

Vir Heroicus est, qui a DEO  
 dentibus motibus, ad excellentem uir  
 tutem excitatur, & in rebus gerendis  
 adiuuatur, qui que immensa quadam  
 cupiditate iuuandi alios flagrans, re  
 suscit